

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nicodemi Frischlini Rebecca**

**Frischlin, Nicodemus**

**Altorfii, 1611**

Actvs II. scena IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-138617](#)

Neg<sub>z</sub> ad cervos & què cursim procurram, ut confi-  
ciam manu.

SY. Cave sis ne me attingas scelus, CH. quid? te-  
tigine? num dolet?

SY. Ofacinus indignum? IS. Geminabit, nisi ca-  
ves. SY. Hei misero mihi?

IS. Quid clamitas? abi hinc. SY. Dispeream, nisi  
ego isthanc injuriam

Nobis illatam, ad judices deferam. IS. imò mihi  
gratias

Debes, quod tam leniter actum est tecum, nec u-  
ti promeritus es.

SY. Eo hinc. IS. Si dudum iisses, non hic vapulaſ-  
ses carnifex.

Sed quid nunc agimus? cur non imus? sequimini  
me hac rusticī.

## ACTVS II. SCENA IV.

Syrus.

DEVUM immortale, qua huic venatoris est  
Iniquitas? injuria in hos innoxios  
Et immerentes agricolas? Itan homines  
Fecundum ritu tractare istis Satyris licet?  
Quasi verò miseri in hoc nati sint rusticī,  
Venaticos ut alant canes: quibus domi,  
Quod ipsi edant, nihil est. Nam liberos fame

Experi-

v, ut confi-  
I. quid? te.  
bit, nisca.  
beream, nisi  
S. imò mihi  
cum, ne cu-  
ic vapulas-  
sequimini  
IV.  
natoriū est  
rios  
nes  
dicit?  
stici,  
i,  
os fame  
Expert

Experiuntur non raro contabescere.  
Quæ verò miseria est, tot flagra affici?  
Sic vapulare? Sic ad quemvis auticum  
Nutum intremiscere, nec contrà audere plicere?  
Emortuum ego me mavelim letho malo;  
Quam non illi dem hodiè insidias Chamō:  
Qui me tam indignus immeritum habuit modū.  
Sed interea domum rursus concessero,  
Dum illi à venatione sese hac recipient.

## ACTVS II. SCENA V.

Abrahamus, Isacus.

**R**Em omnem tibi demonstravi intus ordine.  
Minus si tenes, volo percipias denuò.  
IS. Commemini omnia pater: nempe uxorē mihi  
Daturum te aiebas. AB. Recte, fili Isace,  
Nam ea nunc gratia produxi te foras,  
Tecum ut loquar ea de re familiarium.  
IS. Ausculo, quid velū me hic amplius pater.  
AB. Evidet hunc videre sepius optavi diem,  
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:  
Et ad quem terrā huīus cederet hereditas:  
Quandoquidem divina ad te, & posteros tuos  
Pertinet, exclusis fratribus promissio.  
Sed haec tamen ut voti huīus fierem particeps,  
Nunquam sese obſulit sperata occasio.

C

Nunc.